

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

509. An, & qualiter pensio affecta aliquo vitio convalescat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

viciat gratiam in altera parte distincta & separata, in qua cellar defecctus intentionis. *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n. 59. & 60.* Hinc si vacante aliquo beneficio per obitum, Papa conferat illud Petro cum reservatione pensionis ad favorem Joannis, si collatio facta Petro sit nulla ex aliquo vitio obreptionis seu incapacitatis illius, & propterea Antonius impetrat hoc beneficium vacans per obitum utri prius, quamvis in hac gratia collationis ei facta non fuerit reservata aliqua pensio, tenebitur tamen iste Antonius solvere dictam pensionem prius ad favorem Joannis reservatam, quia prima concessio continet duas gratias; unam collationis, alteram pensionis; & quamvis altera gratia collationis deficiat, non tamen deficit gratia pensionis; praesertim cum quilibet, ut solet, diversas literas gratiae sua expediat. Cujus tamen doctrinam quod ad hoc reprobat *Garc. p. 1. c. 5. n. 513.* quem vide, uti & dicenda à nobis infra, ubi, an pensionarius teneatur probare jus primò consentientis pensioni.

*Quastio 509. An, & qualiter pensio affecta aliquo vitio convalescat?*

1. Respondeo primò: Pensionem ob non factam meritorum pensionis anterioris nullam & invalidam, lapid diuturni temporis confirmari posse, si possessor per longum tempus in solutione utriusque pensionis perseveraverit, & hoc casu locum fore reguli de pacificis possessorum traditum. *Tond. qq. benef. p. 1. c. 6. n. 2.* Secus tamen esse, seu pensiones nullo tractu temporis confirmari, seu validas reddi, si ab initio vitio aliquo reali, puta simonia, aut simili affecta fuerint, tradit idem *Tond. l. c. n. 3.* citans *Charond. l. 1. respons. 47.* de cetero

2. Respondeo secundò: Validare pensionem invalidam, non dependet à facto partium, sed à potestate Papæ. *Paril. l. 6. q. 2. n. 80.*

De iis, qui obtinere possunt pensionem.

*Quastio 510. An incapax beneficij sit quoque incapax obtinere pensionem?*

1. Respondeo: Non convenire in hoc AA. nam primò id negat *Lott. l. 1. q. 40.* ubi postquam n. 114. proposuit sententiam oppositam, nempe incapacem beneficij, super quo imponitur pensio, incapacem quoque esse pensionis super tali beneficio impositam, v.g. regularem, quia incapax est beneficij secularis, incapacem quoque esse pensionis imposta super beneficio seculari, citassetque pro ea sententia Abb. in c. *exstirp. da. de p. 7. Rotam in Nolan. pens. 10. Jan. 1610.* subiungit tandem n. 120. suam sententiam his verbis: Dicendum tamen est pro capacitate pensionis, sive in actu translationis, sive in actu reservationis à principio solum clericatus sufficere, etiam si persona clericorum non sit capax beneficij, super cuius fructibus est imposta pensio; quia dum pensio reservatur, creatur jus quoddam penitus distinctum & separatum à beneficio, unde valet quidem argumentatio affirmative concepta: Ille est capax beneficij, ergo & pensionis, tanquam à maiore ad minus, prout, & non aliter argumentatur *Gamb. l. 6. n. 241.* non tamen valet argumentatio negativè concepta: Iste non est capax beneficij, ergo nec pensioni: cum longè minus sit pensionem

obtinere, quam beneficium. Et licet pensio & beneficium in hoc equiparentur, quod utrumque exigit statum clericalem in obtinente pensionem, tamen non licet argumentari ab uno ad aliud ultra id, in quo equiparantur. Ita ille. Ad Abbatum aliquorumque auctoritatem responderet n. 122. loqui eos de pensione, quæ extrahitur de fructibus beneficij per Episcopum, ut deseruat pro titulo novi beneficij, juxta terminos c. *exstirpanda.* verum istud modi pensionem non esse habendam in numero earum pensionum, de quibus hic. Ad decisionem Roræ in dicta *Nolan.* ait, n. 124. eam loqui de milite Hierosolymitano, atque ita obedientiarior, cui prater defectum clericatus oritur aliud impedimentum ex voto, cuius effectus est, eum aquiliter arcere à pensione & beneficio, & quocunque alio jure, unde efficiatur proprietarius, prout declarat *Gamb. loc. cit. à n. 245.* Nota tamen, quæ idem *Lott. l. 1. q. 36. n. 19.* visus in contrarium tradere, dum ait: Sanctissimos Pontifices, cum usum hunc introduxerunt (nimurum, ut non nisi clericis concederentur pensiones) hanc quoque habuisse mentem, ut non aliis personis vellet pensiones illas reservari, quæ quæ essent capaces tituli, super cujus fructibus reservarentur, ne quid in fraudem canorum videatur attentari. Eandem negativam, & quidem loquendo non tauntum de incapacitate beneficij, cui pensio imponitur, sed & respectu alterius beneficij, tenent *Tond. qq. benef. p. 3. c. 174. n. 18.* *Garc. p. 1. c. 5. à n. 138.* innixi declarationi S. Congregat. Concil. super ejus c. 7. sess. 14. censenti, decretum hoc, quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua sunt homicida, non extendi ad pensiones. De qua declaratione ait *Garc. loc. cit. n. 138.* quod, eris difficultatem patiatur ex dictis ( intellige à se, à m. 123. ubi sententiam oppositam firmat & sequi videtur) ei tamen standum propter auctoritatem S. Congregat, cuius declarationes sunt necessaria, & habent vim legis. Item tenet eandem *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 5. n. 26.* *Navar. conf. 2. n. 15.* de *recrip.* nempe ut *Gonz.* privatum & inhabilitatum ad obtinenda beneficia, non esse inhabilitatum ad obtinendas pensiones; quod ipsum verum quidem esse, dum inhabilitatio procedit à sententia hominis, ut pote que est strictissimi juris & rigorosæ interpretationis, asserit *Garc. n. 124.* & cum eo *Castrop. de benef. d. 1. p. 11. §. 3. n. 6.* dicentes, in hoc sensu procedere sententiam *Suar. to. 5. de censu. d. 27. f. 1. n. 15.* docentis, quod suspensio à beneficio non comprehendit pensiones, quia pena non est extendenda ultra proprietatem vocis sine cogente fundamento, & pensio non est beneficium propriæ, neque est jus vel ratio, quæ cogat ad hanc extensionem legis. Hinc

2. Econtra affirmativam, nimurum inhabilitatum (sicutem per constitutioiem juris seu legem, eti hinc penitentiam & odiosam) ad beneficia, inhabilitatum quoque ad pensiones tenent. *Castrop. loc. cit.* item *Navar. conf. II. n. 2.* de temp. ordin. *Zerol. in p. 2. Ep. p. 2. v. irregularitas. §. 8.* *Sanch. de matrim. l. 7. d. 44. n. 9.* citati à *Garc. n. 121.* Item *Barbos. iuris Eccles. l. 3. c. 11. n. 44.* citans insuper *Ciarlin. controv. forens. c. 10. a. n. 5.* Item *Ventrigl. to. 2. annot. 11. §. 1. n. 18.* ubi expressè: inhabilitatus ad beneficia generaliter per constitutionem, non est capax pensionis, secus vero de inhabilitato per decretum seu sententiam hominis juxta opinionem